







26

27

28

29

30

31

32



1731.

26. Mejer, Dr. Fredericus: De exarchis.
- 27^o = Moscorius, Joan. Jacobus: De his, qui sibi adscribunt in testamento ad explanationem S. C. Liboniani et edicti V. Claudii. 28 Imp. 1731. - 1759.
28. Mylius, Gustavus Huricus, fac. jur. proviceccharius: Programma, quod ad panegyricum doctoralem Joh. Hurici Schnarffii invitat.
29. Mylius, Gustavus Huric.: De historia legationum.
30. Mylius, Joannes Huricus: Annae Justinianae Traj. in proemio institutionum supposita perperam creduntur.
31. Mylius, Joan. Huricus, et Mylius, Gustavus Huricus: Vindicarum Theophili specimen ad proem. l. l. l. 1. et partem tit. 2.
32. Petermannus, Augustus Gullab: De valore possessorii summariissimi contra principem S. R. I. regalia vindicantem a subdito instituti.

1731.

33. Rechenberg, Carolus Otto, procancelarius fac. jur.
Programm, quo sollemnia inaugurata a Gualtero
Leonhardi Föcheri . . . inicit.
34. Rivinus, Andreas Florens: De probatione aetatis . . . 3
Programm, quo ad thesimum juris controversi secun-
dum ordinem pandectarum disputationes publi-
cas . . . inicit.
35. Rivinus, Andreas Florens: De hypotheca tacita 40
locatori praedii turbati in iudicis, et rustici
in iudicibus iure civili competente. Pro-
gramm, quo ad thesimum juris controversi
secundum ord. pandectarum disputationes 4
publicas . . . inicit.
36. Rivinus, Andreas Florens: De manuali administratione 4
Forum
- 37 Rivinus, Fr. Florens: De iuramento universitatis 4

1731.

38. Romanus, Conradus Fridonicus, fac. jur. amov. :
Programm, quo solemniter doctor alia . . . Chris-
tiani Benjamin Schlegelii indicit
39. Scherzerus, Dr. Mannus, fac. jur. pro-cancellarius :
Programm, quo lecturam cursoriam Martini
Gottlobii Herstein . . . indicit.
- 40^o Schwartz, Joh. Mauritius : De feloniam vasalli ex causa
a dulteri et stupri. 2. Exempl.
41. Schubner, Fridericus Wildanus : De burzgrafato Abim.
burgenis.
42. Thomarius, Gottlieb : Observationes miscellaneae
juris . . .
43. Thomarius, Franzell. : De foro clericorum
protestantium, consistorio, non prorogabili.
44. Ungerus, Joannes Godefridus : De papyro fructice
. . . ad Esaiam 19, 7.

1731.

45. Walther, August Frid, fac. med. procan cellarius
De ductu thoracico bipartito, vena bronchiali
sinistra, et inferiore arteria hepatica, super-
ioris meseraicae solum. Programma, quo praeci-
pyta medicam Henrici Gottlobi Kruschii indicat

46. Walther, August Frid: De intestinorum angustia
in obfirmato eorum habitus vitio.

ideum mercedis obligatione usurarum anst. v. m. p. 1-10

11247.

1731, 33

9

PROCANCELLARIUS
CAROLUS OTTO
RECHENBERG

JCrus

SOLEMNIA
INAUGURALIA

CANDIDATI CLARISSIMI

GOTHOFREDI LEONHARDI
JÖCHERI

LIPSIENSIS

D. XII. APRIL, MDCCXXXI.

CELEBRANDA INDICIT.

1731. April. 12. 1731.



PROGYNELLARIUS
CAROLUS OTTO
RECHENBERG

ICtus

SOLENNIA

INAUGURALIA

CANDIDATI MEDICINAE

GOTTFREDI LEONHARDI

JÖCHERI

LIPSIS

D. XII APRILIS MDCCLXXXII

CELESTINO INDIGIT



Rerum ab initio creaturarum continuata series ac spatium, quod uno verbo tempus vocamus, creatoris institutum est: dimensionis vero ex constantibus & certis solis ac lunæ, diei & noctis, frigoris & caloris mutationibus varii, iidemque civiles effectus humano imperio subsunt. Temporis enim intuitu leges promulgari jura rerum publicarum docent, & diversitati ætatis in hominibus plurimum tribui sana vult ratio. In actionibus humanis tempori inserviendum ac contractus, ut & ultimæ voluntates certum tempus plerumque respiciunt. Cultum externum magnam partem tempus dirigit, & præstationes obsequii temporis adstrictæ. In judiciis fatalia, termini, dilaciones idem loquuntur, & præscriptionibus ac usucapionibus temporis lapsu jura extinguere ac renasci videas. Argumento nobis sit in præsentibus §. 16. appendicis ad O. P. S. R. adjectæ, qua post quadriennium ex tempore solutionis aut ultimæ prolongationis elapsum, cambiorum rigor ac autoritas imminuitur, quod ipsum, quousque fiat, succincto hoc præfamine rimabimur. Quod enim vetus verbum est, multum *rem* inter ac *modum rei* interesse, huc quoque applices, quando inter JCtos ex nova lege nova lis orta, *utrum* hac sanctione modus saltem procedendi contra morosum debitorem cambialis, *an* vero cambium ipsum cum suis reliquis proprietatibus

(2

tibus sit extinctum: Nostrum non est hac in re, cujus de-
cisionem legislatori reservatam intelligimus, aliquid defini-
re, rationes saltem in utramque partem proposuisse satis ha-
bebimus. Quo igitur usus problematis monstratur, singu-
laris juris ratio, quæ cambiis attributa est, ante omnia probe
ponderanda, & an eadem in cambiis post quadriennium d. §.
memoratis penitus extinguatur, expendendum. Quod si
igitur ex mand. d. an. 1704 d. XIX Mart. usuras annales sex pro-
centum, in cambio exigere licet, ambigas utrum quadriennii
prescriptione inter veniente, eadem, an vero ordinariæ po-
stea debeantur. Cessat prorsus, licet eidem non sit renun-
ciatum, in cambiis divisionis beneficium, quod ipsum an in
cambio hujusmodi idem dein exulet, dubites. Indos-
santes regulariter non modo verum sed & bonum nomen
promittunt; an vero is qui cambium, cui prescriptio obstat,
indossat, indossatorio eodem modo obstringatur, multum
interest. Exceptiones solutionis & compensationis ex
mandato d. an. 1699 indossatorio ex obligatione indossantis
opponi nequeunt; an vero cambio ex prescriptione qua-
driennii quodammodo imminuto & indossatorio objici pos-
sint ambigitur. Pœna dupli illis, qui doli in cambiis indos-
satis fuere participes, §. 15 appendicis indicta; quæ num ab
eo quoque qui post quatuor annos dolo agit, exigi queat,
non præter rem quaeritur. Sufficiant hæc ad illustrandum
thema, quod agimus & eorum primo, qui modum exequendi
cambialem allegato §. saltem sublatum, dein qui omne jus
cambii singulare simul extinctum arbitratur, argumenta
memorabimus. Qui priori sententiæ favent, non modo ru-
brum marginale all. §. urgent, quo videlicet unicum hoc, daß
nach Wechsel-Recht nicht könne geflaget werden, monstratur, &
ipsum documentum adhuc Wechsel-Brief dicitur, sed &
ipsum textum paragraphi daß nach Wechsel-Recht weiter nicht
verfabren werden könne in subsidium vocant, & hæc verba fa-
mosiori sui significatu de celeriori procedendi ratione &
carcere explicant. Instant ulterius & juris cambialis analogiam
allegant; ut eodem modo, quo, licet contra hæredes
non cambialiter, sed executive saltem agi possit, nihilominus
tamen cambium naturam in reliquis retinet, in præsentii
quoque

quoque processum saltem, minime vero cambiorum reliqua jura abrogata fuisse arbitrentur. Accedere contendunt omnes exceptiones strictæ interpretationis haberi, & in non exceptis regulam confirmari: inde cum verba exceptionis dispositiva, das verfahren nach Wechsel. Recht saltem tollant, reliqua cambii jura integra mansisse autumant. Legislatoris porro intentionem principalem optimam interpretationis magistræ sibi patrocinari existimant; quod, uti non obscure ex contextu §. 1 & 2 appendicis O.P.R. colligitur non tam jura & leges de novo condere, quam conditas ex præscripto artis congruo modo applicare principaliter propositum sibi habuerit. Vicissim his insurgunt, qui cambio intra quatuor annos neque exacto neque legitime prolongato, omnem vim detrahunt, & verba paragraphi, daß derselbe noch ferner als eine obligation gültig seyn sollte urgent. Existimant hæc ipsa sanctione cambium in simplicem obligationem transformatum esse, & sublato nomine jura simul singularia adempta persuasum sibi habent. Rubrum marginale legis indicem non ipsam legem esse regerunt, & verbum Wechsel. Recht quod in ipsa sanctione legitur, non de modo procedendi, sed, latiori vocis ambitu moti, de omni cambiorum jure expli- cant. Argumento ex juris analogia desumpto, petitionem principii, quam vocant objiciunt, & ex verbis fin. §. 13 appen- dicis, quibus idem casus propositus, cambium intuitu here- dum retinere seine Kraft und Gültigkeit als ein documentum qua- rentigatum, non vero ut cambium, replicant. Strictam esse ex- ceptionum interpretationem concedunt; verum an exceptio §. 16 verb. verfahren werden können, an obligation gültig seyn finiatur, nec non utrum ultima verba jedoch derselbe nichts de- ste minder noch ferner als eine obligation gültig seyn, confirma- tionem regulæ, an exceptionem contineat, id esse, de quo queritur, respondent. Addunt adhuc quod cambiorum jus singulare & quodammodo exorbitans sit, adeoque illi expli- cationi secundum regulas hermeneuticas in dubio faven- dum, quæ ad communem obligationum naturam illa re- ducat. Ultimo loco legislatoris intentionem principalem processus ordinationem in appendice fuisse non negant, unicam vero non extitisse, ex variis ipsius appendicis §. 15, 17, 18

in continenti demonstrant. Quod reliquum replicas & duplicas moderatiorum & rigidiorum longius memorasse neque instituti fert ratio, neque finis quem intendo, cum adhibita prolixiori subtilitate intricari magis quam extricari controversiam sentiam, & nodum hunc, qui meo quidem iudicio, nisi verba captemus, in scirpo est, authentica interpretatione facile solvi posse arbitrer. Candidatum potius causarum cambialium, mercatoriarum, & omnis juris apprimè peritum

GOTHOFREDUM LEONHARDUM
JÖCHERUM

per novem annos in foro exercitatum, summis in jure honoribus condecorandum jam sisto, de cuius vita & moribus ex majorum instituto publice quædam differere eo promptius me posse confido, quo rectius illum nepotem ex forede desideratissimæ meæ conjugis, a teneris novi & adfectui publice ac justè indulgendi occasionem me nactum lætor. Natus est Lipsiæ anno hujus sæculi primo xiv. Oct. patre JOANNE CHRISTOPHORO JÖCHERO mercatore clarissimo & integerrimo; matre vero pientissima ac prudentissima femina MARGARETHA ex nobili ETTMULLERIA gente oriunda. Institutione in prima ætate usus est M. MICHAELIS EHRENFRIEDI KRAUSII, qui ad adeundum Geranum Gymnasium optimis quibuscunque artibus ita instruxit, ut GEORGII LUDOVICI GOLDNERI Rectoris in eodem Lycæo præclare meriti solidiori doctrina imbutus in patriam academiam anno XVIII reverteretur. Primo hic tempore excolendæ puriori latinitati totum se dedit ac LIEBII qui Serenissimo Duci Saxo Gothano ab antiquitatibus & secretis est, ope ac consilio adjutum adhuc deprædicat. Philosophiæ dein Magistros Viros clarissimos D. ANDREAM RUDIGERUM & POLYCARPUM GOTHOFREDUM MULLERUM P. P. ut & fratrem CHRISTIANUM GOTTLIEB JOECHERUM P. P. in exercitio disputatorio & oratorio Ducem nactus, animum ad ordinate tractanda juris studia rite præparavit. Imperatoris institutiones ex doctrina Dn. GLAFEY Consiliarii aulici & Dn.

Dn. Conf. WEIDLINGII percepit. B. dein OLEARII, celeberrimi BAUDISII ac mea opera Pandectarum volumina tractavit, & Magnifici MENCKENII scholas, quibus Capitulationem Augustissimi Imperatoris & Schilteri institutiones Canonici juris recensuit, sedulo frequentavit. Consiliarii postea intimi & Antecessoris Viadrini Primarii HOFFMANNI studio Jurisprudentiam S. R. G. Imperii publicam, Historiam Juris civilis, ut & politicam Germaniæ nec non Canonici juris doctrinam hausit. Causas in foro aliquando agendas præeunte B. D. PHILIPPO & Cl. D. D. ÆGNERO didicit, ac juris controversias ex Gymnasio Polemico Menckeniano sub moderamine B. OLEARII sæpius differendo defendit. His omnibus rite præparatus anno XXII examen Ordinis nostri pro praxi, quod vocant, subiit, & testimonio peritiæ ornatus, ac a Senatu Lipsiensi munere notarii paulo ante investitus regia autoritate in numerum advocatorum relatus fuit. Abeo tempore Juris studio practico se totum dicavit, & præstiti juramenti memor fide qua debuit, clientum causas defendit. Tandem in numerum candidatorum receptus, licentiam summos Juris honoris capeßendi ab Ordine nostro petiit & responsionibus in examine instituto adequatis expectationi satisfecit. Proxima dein Mercurii die l. 8 §. 3 C. de Codicillis publica lectio explicabit, & insequenti die XII Aprilis exercitationem inauguralem de *successione conjugum Lipsiensium sine præside tuebitur*. Actû dissertationis finito Collega Honoratissimus Dn. JOANNES FLORENS RIVINUS, *Jctus Pandectarum Prof. Publ. Numburg. & Wurcens. Canon. ac Facult. Jurid. Lips. Assessor* honores quos *Reverendissimi ac Serenissimi Principis ac Domini, Domini MAURITII VVILHELMI, Ducis Saxonie, Julie Clivie, Montium, Angria & VVestphalie, Episcopat. Martisburgensis Administratoris, Landgravii Thuringia, Marchionis Misnie & utriusque Lusatie, Comit. Princip. Dignitatis Hennebergici, Comit. Marca,*

Marca, Ravensbergi & Barbie, Domini in Raven-
stein &c. Academia nostra Cancellarii Eminen-
tissimi ac perpetui, Domini nostri Clementissimi,
jussu, ego Pro-Cancellarius impertire debebam, promotor ex
Decreto Collegii a me designatus summos in utroque Jure,
cum privilegiis, quæ in hac academia promotis extra Facul-
tatem competunt, Doctoralibus largietur. Quam panegy-
rin ut **MAGNIFICUS ACADEMIÆ RECTOR, COMI-**
TES ILLUSTRISSIMI & Patres utriusque reipublicæ præ-
sentia sua ornent, Generosissimi autem & Nobilissimi Aca-
demix cives nobiscum celebrent, ea qua par est obser-
vantia rogo. Dab. Dom: Misericord. Dom. Lipsiæ


MDCCXXXI.

TYPIS GEORGII SAALBACHII.

Leipzig, Diss., 1731 n-z
X 241 7837







diebus mercedis obsequatione usuarum antiochensium. 1731 p. 201
11247.

1731, 33
9

PROCANCELLARIUS
CAROLUS OTTO
RECHENBERG

JCTUS
SOLEMNIA
INAUGURALIA
CANDIDATI CLARISSIMI
GOTHOFREDI LEONHARDI
JÖCHERI

LIPSIENSIS
D. XII. APRIL, MDCCXXXI.
CELEBRANDA INDICIT.

